hominem, si periculum feceris. Alioquin in quoque per gratum facies, nec non
debitum exsolves, si quos tu consilio humaniter exceperis. Quod autem ad
mea attinet fortuna, et reliqua accipies ab hoc tam elegati
tabellario, a quo si quid in me lautum intelliges, eo utere, et abutere
arbitratu tuo. Sumus quidem presto anima, ut aiunt, et membris. Vale.

~ Antonius ~ parnomita ~

ANTONIUS parnomita Leonardo viro magno s. p. d.
Cum vales, gaudeo salute divino. Institui animo ad ver me
Parnormum recipere, non per augustam meum non fiat quo minus
accedam. Incessit in me amor patrie, desiderium propinquorum.
Cupiditas necessariorum, tui presertim, quem germani loco semper
dilexi, et in presentia non te perseverantem atque unice amem dissi
cam. Te non an fortuna mutaverit, enervaverit satis
vad dubito. Plerunque enim quos complectitur fortuna cecos redd
it, et ipsa quidem ceca depingitur apud poetas, quamque in ita
persuado commutat, et commisceat inter omnia. Tua in me tamen
solidam et puram in me animi caritatem mentisque flecte. Ego igitur
primo vere te petam. Tu si quid adventu meo consulere potes,
officium amici facies, et benigni et benefici viri. de his satis.
His quidem ex inque minime cadit ignorantia. Vale spes aurea.
Cetera accipies ex facetissimo Henrico nostro divino Simone.
Iterum vale. ex villa.

~ Antonius ~ parnomita ~

ANTONIUS parnomita Francisco Barbavarie et
Aluuisio Croto s. p. d. Non me latet viri humanissimi
quantopere vos studiueritis in me augendum, simul et honestando
nec eius quod summa industria pariter in me caritate ac beni
volentia nuperrime attentastis ignarus sum. Qua quidem in re
si minus felices, nec voti compotes evadere potueritis, non min
ores propterea vobis laudes ac gratias habeo. Voluntatis beneficium
non sit simplex amplissimum est. Ceterum de re ut fatear
molicie animi mei, non possum aliquanto non commoveri, non lucri
atque eius sane paucissimi. Cum cum isti divi principis laudi
ac glorie inservire atque tempus terere concupiverim, id mihi
sine meo sine suo potius facto denegatur. Afficior eque nescio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1592/0126
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG